Quibus quidem literis oblatis petijt iuxta obloquentiam iuris communis et praeinserta-
rum literarum procedi et exequi. Et officium praesens Castrense Capitan. Bransien-
se visis literis Sacrae Regiae Maiestatis manu propria Illustrissimi et Rndissi-
mi Domini Andreae de Leszno Episcopi Camenecensis Vicecancellarij Regni sub-
scriptas et sigillo minoris Cancellariae Regni obsignatas in nullo suspectas eas-
dem ad Executionem deducen. Iuramentum fidelitatis super hoc idem officium ab
eodem Laurentio Jortakowicz iuxta rotham in Statuto Regni descriptam ipsi de
verbo ad verbum officiose pronunciatam solenni in forma et observata solennitate
Iuramentorum praestiti suscepit ac de more et consuetudine ipsi praemissa ad-
monitione respectu fidelitatis tenendi et ad obeundum offm hoc idem Mi-
nisterialis Lgalum authenticum personam aptam et idoneam fecit ac toti Nobi-
litati ad Terminos Querellarum ac causarum officij Capitan. Castren. Bransien.
congregatae ac cuique praefset Mti Regni Generali Nobili Benedicto Pru-
szenski publicare mandavit. Qui quidem Mtis praefatus uti reo deputa-
tionis referens coram eodem officio pntr stans publice recognovit ipsum
Laurentium Jortakowicz esse verum et Lgalum Mtem Regni Glem a Sa-
cra Regia Maiestate privilegiatum eumque iuratum et censum Ut omnes il-
lum pro Lgmo Mti habeant in praesentia multorum Nrum proxime congre-
gatorum et variae conditionis hominum publicasse proclamasse et noti-
tia debitae deduxisse De quo eiusmodi Relationem fidelem ad Acta
praesentia fecit.

Inter Ostrowska et Mierzwinski Decretum

In causa et actione coram praesenti Castrensi Capitan. Bransiensi officio verten-
te et agitata Inter Nobilem Barbaram Ostrowska relictam olim Ntis Joan-
nis Markowski ad pns secundi matrimonij contem Ntis Mathiae Boguss
cum eiusdem mariti ips assa Actricem Et Nobilem Andream et Mathiam
Mierzwinski de Olędzkie fratres secundo post obtentam poenam Con-
tumaciae citatum ideo Quia ipse eandem Actricem de totalibus et inte-
gris bonis omnibus mobilibus et immobilibus in haereditate Bogusze con-
sistentibus per ipsum memorato olim Nti Joanni Markowski priori marito Actri-
cis coram Actis authenticis modo obligatorio inscriptis expulit eiecit usu
et possessione pacifica privavit. Ad videndum et audiendum super ipso et bonis eius
omnibus reinductionem bonorum controversorum per Mtem et Ntes duos de-
cerni ac vadium Castri Centum viginti Marcarum polon. interponi citatione
ipsa praemissa in se copiosius continente. In Termino itaque hodierno eadem
ex citatione ad praesens Lgme deveniente et incidente Officium pns Castren.
Capitan.

29705 24 g2

Capitan Branscense controversijs utrarumq partium Actoris et citati per se praesentium exauditis et debite intellectis ad affectationem partis Actoris eidem Dilationem iuridicam ad producendam competentiam Actoratus sui salva Exceptione fori et alijs defensis reservatis dedit et concessit. Idq ad sequentes Querellarum Terminos in quibus parti utriq ad exequenda praemissa et ad ulterius secum ea in causa iuridice procedendi et id quod iuris erit decerni paratum et peremptorium Terminum praefixit et consignavit. Mierzwno sit per Item Albertum Mierzwenski eidem Actori in summa certa

Putaski Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitan Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Klowzow Lesznowolski Capitaneus etc Branscensis Brigo. Regis et nra Capitan authoritate Tibi Nobili Paulo et Gabrieli Jankowski mandamus Ut in Terminis Querellarum ac causarum officij Capitan Castren in Curia Regia Branscensi fria secunda post datam praesentis citationis proxime celebrari fientis et peremptorie compareas. Ad instantiam Nobilis Valentini et Alberti Putaski qui te citat. Ad Inscriptionem tuam qua mediante submisisti et inscripsisti te eidem Actori certi veri et liquidi debiti mutuatiq pecuniae summam Floren polon pro tempore certo in Inscriptione specificato iam diu fixo sub Vadio simili solvere et non solvisti per quod in Vadium simile ad solvendum incidisti pro quo super te et bonis tuis decerni una cum solutione summae praespecificatae citaris Juridice responsurus Datum in Curia Regia Branscensi fria secunda post Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Nobilis Regni Generalis Providus Simon Kondratowicz recognovit se ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citati proprijs posuisse et eidem de prone ut in ns est publicasse. Memoratus Actor suprascriptum citatum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Nobilem Regni Generalem Nobilem Benedictum Pruszenski iuridice clamat et non comparentem ex Regestri ordine ac admissione officij praesentis in lucro suo solutionis debiti pro toto Juridice condemnavit.